Beáta cœli núntio,
Fœcúnda Sancto Spíritu,
Desiderátus géntibus
Cujus per alvum fusus est.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

Tres Psalmi sequentes dicuntur Feria secunda et quinta. (Psaumes pour le dimanche, le lundi et le jeudi.)

IN I NOCTURNO.

Ant. Benedicta tu.

Psalmus 8.

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsâ terrâ!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cœlos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem, propter inimícos tuos,*ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitó-